





QR. 217  
An. 17 F 29

Xb  
1262

¶ CEREMONIA  
An  
**EXORCISMVS**  
DE ESSENTIA RELIGI-  
ONIS SIT: AN VERO TANTVM  
*Ceremonia.*

SIMVL RESPONDE,  
*tur ad Obiectiones.*


INFANTES IN VTERO SAN-  
CTOS ESSE.

ET,  
CONSIGNATIONEM CRVCIS  
*esse Papisticam, &c.*



S. THOMÆ SIG.  
*FRIIDL.*

Anno M. D. XCI.





## XORCISMVM DE ESSENTIA RE-

**E**ligionis esse, nemo facile dixerit. Ceremonia igitur erit. Iam si Ceremoniae Religionem non faciunt, ut certe non faciunt, nec hæreticum faciunt. Si non hæreticum, Ergo etiam non dammandum, cum Traditiones & Ceremoniae non sunt fundamentum Fidei & Salutis; sed ut Indifferens libere relinquendum, & potius in unum illum D E V M, in unum Christum, in unum Spiritum sanctum spectandum, ut in quem solum omnes baptissamur. Sin autem Exorcismus est Fidei error, non hæresis; simplex Christianorum error est, utilis prorsus (quod postea intelligemus) non ut Papistæ fundamento superstruunt Ceremonias dammandas. Non est autem condemnandus unquam, in quo aliquid Christi animadvertisimus, secundum etiam Bucerum; Sed illud quod Christi in eo est, amplecti in sancta Fidei simplicitate, & hoc nomine litem movere fratribus non debemus.

Si quid à nostris superaedificatum, quod fundamento non respondeat, ostendite & docete, si potestis, aut id in diem Domini relinquit. Ille probabit parabitque; discernet & diuidabit colores nocte confusos, probosque ab improbis separabit; Sed fundatum manebit immotum, & in hoc fundamento etiam qui fœnum stipulamus, ignis pabula, superaedifica verit, salvus erit.

Sed neque Papam, neque Ceremonias fundatum Baptismi nobis Scriptura posuit. Immó in tota Scriptura sacra ne verbum quidem de Papa & Ceremonijs Romanæ Ecclesiæ legas. Verum fundatum Baptismi est persona abluenda &

A ij regene-

regeneranda. Terminis autem ex actione petitar, est quod omnis  
Baptismi propria actio Mersio scilicet. Instituta enim est ut  
mergatur is homo in nomine sancte Unitatis & Trinitatis  
Dei, Patris, Filii & Spiritus sancti; quae Mersio est lavi-  
crum regenerationis & Spiritus sancti, ut Apostolus Paulus  
definit Itaque peccatorum remissio, & adoptio filiorum & bäre-  
ditas celestis propterea presupponitur; non tamen propter pro-  
nunciationem verborum aut Actionem Ceremoniarum, ut Ex-  
orcismi & aliarum; Sed propter Mersionem, ut dixi, sub-  
stantiae hominis, in sanguine Iesu Christi Crucifixi, quae prin-  
cipalis pars & fundamentum Actionis est in Baptismo, & si  
pronunciatio verborum et ipsa requiritur. Cur igitur pateretur  
aliquis se ab hoc fundamento abduci, & ad Ceremonias Ex-  
orcismi & alias traduci? id est, pro fundamento fænum & sti-  
pulas collocare? degit tamen leviter in fundamento tamen acriter pugnare,  
quod tamen in diem illum Domini, ut dixi, erat reseruandum.  
Cur non potius de Papistico hoc: An infantes eodem modo ius-  
tificant in Baptismo, quo adulti? Controverso adhuc disputant  
Domini & definiunt semel, quam ut de Adiaphoris, ut est  
Exorcismus quoque, inane contentiones movant. An enim  
leuis error est, cum Papistis asserere: Quod Sacramentum  
Baptismi per se, externo ex opere operato, ut loquuntur, ius-  
tificet, siue fide accipiatur, siue non? Et, Fidem fieri vel  
actu, vel virtute. Actu in adultis, virtute in parvulis, susci-  
pientibus Baptismum. Sed ad propositum. Unicum fundamen-  
tum Baptismi est pronunciatio, vel, si maiis, effusio verbo-  
rum; Ego baptizo te &c. non Exorcismus, aut Ceremonia  
signi

sigui Crucis; & quæ sunt his alia religiose à Maioribus obser-  
uata rudimenta, ut D. Pomeranus appellat; secundum regula-  
lam Apostoli: Omnia fiant decenter in Ecclesia; quale rudi-  
mentum fuit impositio manuum quoque, in quibus rudimentis  
pueriliter nos frustrāq. hærere idem D. Pomeranus cum Apo-  
stolo non vult. Nos in unum & trinum Deum baptissamur  
verbis Scripture, ut dixi, Egō baptizo te &c. In hoc uno &  
solo fundamento acquiescimus. Hoc solo laetacro Regeneratio-  
nis & baptismate Spiritus sancti innitimur & gloriamur, Et  
cum Cypriano vetustissimo Scriptore dicimus, Una & sola vi  
Baptismi Diabolum cedere, non Ceremoniae signi Crucis &  
verbis additis. Exi Spiritus immunde &c. Qui tamen Cypria-  
nus Exorcismum cum Baptismate nihilominus, ut unum  
Actum, coniungit Epist: viij. lib. iij. materia baptismi persona et ag-  
forma, in acto pret &

Si præterea accedit amplius traditionum aut ceremonias  
rum aliquid, pro Fidei Articulo, aut regula necessaria non  
habemus, & de essentia Religionis esse non agnoscimus: cum  
Traditiones & Ceremoniae non sunt fundamentum fidei & sa-  
latis, ut initio dixi. Mentiuntur qui dicunt catholicis  
mera ceremonias et exorcismus de essentia

Linquimus igitur Exorcismum suo loco, ut qui de illo Baptismi  
nihil amplius scimus, quam quod sit mera Traditione aut Cere-  
monia. Vos si quid scitis amplius, & si quid post Apostolos  
a Spiritu sancto de Exorcismo Ecclesia vestra habuit, aut  
docete illa nos miseros, verius & rectius, quam hactenus,  
docete, inquam, & ostendite in fide & dilectione per Christum  
Iesum; aut, si tam habetes mentis sumus, ut asséqui vestra illa  
non possimus, condolete, si Christi estis, & orate Deum, ut

A iij aperire

aperire nobis oculos mentis velit, ut, si quid hic erramus; errorem agnoscamus. Errare enim hominis est, velle emerge-re, hominis est ingenui & probi. Quod si vero nec hæretici sumus, nec damnandum prorsus errorem habemus; tentemus viam pacis propter Ecclesiam, alias satis turbatam, & disputationis scriptio[n]is finis sit, qui fuit fratrum Hierosoly-mis & Pauli. Dexteras societati demus in vicem, & paupe-rum memores simus, id est, Christianæ charitatis officia ex-colamus, atque ex divi Pauli præcepto stultas & sine disci-plina quæstiones & pugnas verborum deuitemus, ad nihil uti-les, nisi ad subversionem audientium.

## AD PRÆCIPVAM OBIE- CTIONEM QVOD ATTINET, IAM paucis quoque respondeo.

**C**Vm fieri potest, vt dammemur, quamvis baptissati & regenerati, quomodo non etiam damnandi sumus in pec-catis proprijs nostris concepti, itaq[ue] in lucca editi, id quod consequentia textus Psalmi Ll. indicat; Dauidem scilicet non matris, sed sua peccata propria deplorare. Ista enim est sanctitas nostra in utero nobis adnata & nobiscum latens adhuc, donec ex utero simul prodeat, & se in dies magis ma-gisq[ue] exerat proprijs peccatis Actualibus, vt vocant, quibus, quasi membranæ capite involuti, miseri & damnandi nasci-mur in lucem, attestantibus multis Scripturæ & Patrum dia-ctis. Et tu tamen fætum in utero sanctum esse pronunciare cum Pelagianis audes? Cum tamen statim natis nobis pecca-tum

tum, ut & Mors, stipendum peccati ex oculis, tanquam e  
fenestra, eluceat; quod vix remoti ab uberibus maternis ipso  
opere facimus testatum, quomodo sapientiss: Cæsar Carolus  
quoque dixit. Habere autem fidem in Christum iam in utero  
adhuc, & Diabolo eiusq; operibus renunciare, & tamen ex  
utero egressum nihilominus agere ut mancipium Diaboli ad-  
huc; quæ hæc est sanctitas? & quo modo omnino inter se con-  
veniunt? & qua Scriptura non adulterata probabimus? cum  
certè fides prorsus nulla sit in mancipio Diaboli adhuc, teste  
etiam nostri seculi Irenæo. Quomodo igitur nondum nati & re-  
nati, iam in utero adhuc in Dei gratia & favore iusti, atque  
ita filij Dei sumus?

Nunc cogita quoque; Quæ sœpè & qualis sit sanctitas  
quorundam parentum Christianorum. Egregios igitur sanctos  
infantes procreabunt tales isti, captivi detenti ipsi adhuc à  
peccato & mancipia Diaboli. Quod si vero captivi à Diabolo  
& peccato, tenemur omnes, ut scriptura sacra affirmat:  
quomodo, quæso, omnino falsum sit: Nos à Diabolo & pec-  
cati damnatione liberari verbis Baptismi pronunciatis? Iam si  
in Baptismo liberamur à Diabolo & peccati damnatione (quod  
vnum & solum denotarunt S. Patres per verba Exorcismi in  
Actione adhibita, teste ipso Melanthone) quomodo falsum sit:  
Conceptos nos in utero, & in lucem editos captivos teneri à  
Diabolo & peccato, idq; in pænam peccati Originalis, quod  
vocant?

Etsi enim ita corporaliter nos non obsedit Diabolus, ta-  
men agit nobiscum ante conversionem ut cum suis mancipijs

A iiij. quam

quam diu non regeneramur. Deinde, tu ipse signo sanctæ crucis, hoc est, Passione & morte Domini nostri Iesu Christi, factam aera Crucis, & sacris verbis Scripturæ; ut, Abi a me Satanas. Incredite Deus & similibus, quasi quodam Exorcismo seu præcantatione abigeres Diabolum, scio, etiam si tuum corpus non invasisset, sed te tantum exterius affligeret. Et in sacro Baptismate tamen, ubi negocium homini cum Diabolo sumnum est, si quis idem faciat, damnas. Non negatur quidem, solo verbo & Sacramentis abigi Diabolum ab obsessis spiritualiter, ut appellant; sed idem tamen testatur imperitis Exorcismis & signum Crucis; nempe, quod ex regno Diaboli eripiantur per hoc Sacramentum, & cælo recipiantur, ut regenerati Filij Dei, merito Christi crucifixi. Sed tu fortasse signum Crucis Christi per omnia damnas. Quod si facis, certe negotium habebis etiam cum præcipuis Medicis (quanquam illi pro se respondeant) qui suis præcantationibus & signo Crucis se pie uti multis affirmant, qualis est hæc quoque: *Hic vult probari sua auctoritate Vizoy igne interime neoy vult ut exaudire f. traditionib. apud Gordinijs & Guasirery apud Antonium Mizaldum, Medicum. Sed auti plura, si placet. Antiocho Regi, cognomento Soteri, ostensum fuit in somnis signaculum sub figura trplicis Pentagoni ex divina revelatione. Quo cum uteatur in vestibus militum pro bellica tessera, de Galathis insperatam adcepit.*

ptus est victoriam. Sic Iudas Machabæus accepto ab Angelo  
sacri Tetragrammatis signaculo, Antiochum Eupatorem feliciter prostravit. Et Constantinus ille Magnus prævio sanctæ crucis charactere Maxentium Tyrannum apud pontem Milvium debellavit, quomodo Julianus quoque, nondum Apostata, Diabolos depulit signo sanctæ crucis. Nec frustra est, quod quidam ex Heroibus insigne acceperunt Crucem, suffusam sanguine, ut Historici indicant. Et tu usum signi Crucis explodere audebis & fabulas esse dices, quæ non tantum Eusebius & Theodoretus, sed scriptura ipsa habet? Lege illius doctissimi verba de hac re, si non dignaris legere lingua patria qua alias quotidie loquimur. Ille igitur inquodam loco sic scribit

Wie die Mütter jre Kinder zu den Grebern oder zum Siegzeichen der Veter führen / vnd sie damit erinnern/ was sie jnen zu gute Pro Lege & grege, lōblichs gethan haben. Also tregt man die Kinder in der Taufe zu dem ins Grab vnd todt getauftten vnd gecreutzigten Christo/ zeiget ihnen sein vnd vnser Trophæum via crucis, Als nemlich/ das Creutz/ wenn man sie mit demselben bezeichnet/ das er am Creutze gestorben/ die Sünde vertilget/ Gnade vnd vergebung derselben durch seinen Tod am Creutze allen Menschen/ vnd also auch diesem Kinde oder Teuffling erworben hat. Dieses Siegzeichens nun/ als nemlich/des Creutzes/ das Christus am Creutze für uns gestorben/sollen wir uns/wenn wir erwachsen/vnd von dem gecreutzigten Jesu Christo hören/oder ein Crucifix ansehen/ so wöl als wenn wir unsere Tauff oder Westerhemblein anschauen/ Als denn/ wolte ich sagen/ sollen wir uns erinnern/

mern/ das wir auff den getrenntigten D<sup>E</sup>Xen Jesum/  
vnd mit seiner heiligen Tauffe/ vnd in seinem D<sup>E</sup>X Ote  
getauft seind/ welches er am Creutze far ons vergossen/  
vnd uns damit besprenget/ abgewaschen vnd ges  
kleidet hat/ Wie wir solchs auch mit den Creutzlein  
anzeigen/welche man vff die Tauff oder Westerh<sup>e</sup>bde  
lein vnd Windeln zu machen pfleget/ Und wie etwan  
der D<sup>E</sup> W<sup>o</sup>rter Diaconus Muretas oder Mureta gehabt  
vnd daunon geredet hat/ als man in seiner Historien lies  
set/ Da er seinen jungen Paten gestrafft hat. Inmassen  
auch die Jüden durch jr zeichen des glaubens an jrem  
Leibe sich haben erinnern sollen / das sie wüsten / sie  
weren in die Gemeine Gottes auff und angenommen.  
Wer nun dieses Sieg oder feldzischen seines D<sup>E</sup>Er  
ren Erlözers vnd Seligmachers Jesu Christi nicht in  
acht hat/ vnd sich nicht versamlet zu der Christenheit/  
welche mit seinem vnd unsern Sieg oder feldzischen/  
(Ich meine das Creutz Christi) bezeichnet ist/ wie die  
Auserweleten in Apoc. an jren Stirnen mit dem Creu  
tze bezeichnet sein/ Und sich einer des Creutzes vnd  
Todtes Christi allhie böslich entheiligt/ sich damit  
nicht tröstet/ vnd darauff mit Freuden nicht von hin  
nen feret/ Was wil einen solchen dieser newe vnd heili  
ge Bund mit Gott in der Tauffe auffgericht/ helfend  
wenn er nun seinen D<sup>E</sup>Errn am Jüngsten tage mit dem  
Creutz in den Wolcken erscheinende seben wird/ das  
auffer doch getauffe/ vnd damit an seiner Stirn vnd  
Blut bezeichnet worden/ sich der Widergeburt vnd  
Gnadenthrons dadurch zu erinnern/ vnd nicht mut  
willig darwiderzustreben/ auff das er das ewige Leb  
ben bekeme (Johan. 17.) in der Stadt Jericho des  
rechten gelobten Landes. Iesus am 6. Hackenus ill.

Nunc

Nunc rogo te, vbi in illo Crucis ysu & consignatione verba Incantationis Magorum recitantur? Nam Magiae assimilas usurpationem crucis; quo nihil magis impie dici posset in Christi Crucem. Vbi, quæso, signo ac ligno crucis illam virtutem & Lege efficaciam attribuerunt, & non potius illi, qui pro nobis moriens pependit in Cruce? qua omnino confidentia cæteri quoque homines p[ro]ij & religiosi vtuntur signo crucis, sive p[re]cio, sive r[it]u sculpto, in eaq[ue] memoriam recolunt viui Christi, qui pro ipsis in Carne humana, vt homo mortem subiit in ara Crucis; sed stadij cordibus tamen sursum directis ad viuentem Iesum in dextera Maiestatis D[omi]n[u]s E[st] I[psu]s, non affixis in sculptam, fusam, pietam imaginem Christi crucifixi, quod olim fecerunt quidam in Syria prope Hierusalem, qui imaginem Christi & Sanctorum ut DEVm ipsum & viuentes homines adorarunt; que idola templis removeret, quam in suo tamen recto ysu antea toleraverat, id quod testatur S. Hieronymus tertia parte scriptorium suorum. Et, usum imaginum Christi crucifixi & Sanctorum non prorsus improbat vir summi judicij Dn: Ioachimus Camerarius cum alibi, tum præcipue in vitis Christi & Apostolorum, vt inscripsit Galenus in Pæonta, cui suffragatur Theophrastus, fidem non derogat amuletis & alijs gestaminibus: quia naturaliuitur ratione. Sed tu naturalibus fidem deregas, tantum vt commodius fidem deroges etiam usurpationi Crucis Christi, que tamen non propter rationem aliquam naturalem ligni &c, Sed propter virtutem & efficaciam diuinam in usu pio est extra omnem adorationem Papisticam &

B ij incanta-

incantationem Magicam. Nam Magos in alium finem uti signo Crucis, ex autore artis Magicæ, principio item & fine rerum inde consequendarum, nec non ex Magorum quorundam libris, in primis ex Cornelio Agrippa discere potes. Et tamen condemnabis eos, qui pie utuntur signo Crucis. & Exorcismi? Scribit Aelius Spartanus, Antonium Caracallam Imp: eos condemnasse, qui contra tertianas & quartanas Febres periaptæ & gestamina colli vel brachiorum circumferent. Sed condemnare quæ naturali nituntur ratione, audax & in consideratum est facinus. Galenus certe, ut dixi, non condemnat: multos minus condemnanda sunt, quæ virtutem & efficaciam prorsus diuinam habent, ut consignatio Crucis, in suo recto & pio usu. Nos & tunc signo crucis et venient illa Quod si quæris: quæ nam tamen illa sit virtus & efficacia diuinæ in consignatione Crucis: Respondeo: Præsidium Christi crucifixi contrâ Sathanam & malos homines per & propter meritum Christi crucifixi, in quem credimus. Magnam esse differentiam inter signum & rem signatam, scis ipse, aut certe scire debes. Illa signia Crucis autem, quæ fieri jubet autor Magiae Diabolus cum suis squamis, quomodo & alia, sunt tantum illusiones Christi crucifixi, rerumq; sacrarum omnium, & ut simplices specie pietatis fallat, citiusq; adducat ad Magiam exercendam, ut sentiunt omnes, qui de Magis & Magicis characteribus scripserunt.

Sane legimus in Historicis, Diabolum cessisse, facto solo signo Crucis, quod certe testatur, Sathanam non hoc, quo nos finē, uti signo Crucis &c. cum ipse, quomodo sui Magi quoque,

gi quoque, à Christiana piorum consignatione crucis vehe-  
menter abhorreat & aufugiat: Quid enim? an sacrosancta &  
salvifica Crux Christi eiusq[ue] usus in impijs efficaciam habet  
& ad Diabolica a Deo ordinata est?

Sed procedamus amplius, si non est grave, nec molestum;  
Scribit Iosephus, se, præsente Vespasiano Imp: & eius Fi-  
lijs ac Tribunis, vidisse in exercitu Eleazarum Sacerdotem  
applicuisse naribus cuiusdam à Dæmon obfessi annulum, cu-  
ius signaculo radix à Salomone Rege reperta subdita erat, &  
Dæmonem per nares adorantis extraxisse. Si hæc fieri pos-  
sunt ex indita virtute herbarum & radicum, quid ab ipso cre-  
atore fieri posse credendum est, quem signo sanctæ Crucis qua-  
si invocamus ut propter Christum crucifixum nobis propitius  
sit & nos custodiat. Ideo enim utimur signo crucis in Baptis-  
mo, & illo infantem consignamus tanquam vetustissima nota,  
non Ethnicorum primitus, sed Christianorum, professionis  
Christianismi scilicet. Profecto in tenebris Ethnicis ac Papi-  
sticis, nisi tu nos eruas, perpetuo iacebimus scilicet. Habe  
gratiam Deo, mi Senex, qui te tantis in tenebris atque erro-  
ribus nostris præcipuo quodam lumine illustrauerit Nobis non  
licet ita esse beatis, non contigit tam esse divinos, quibus De-  
us ante alios tanta munera impertiat. Sed veniamus nunc rur-  
sum ad obiectionem de sanctitate Infantum in utero.

Si sancti sumus in utero, perfecto Christus frustra  
mortuus est & Baptismo opus non habemus. Qui enim san-  
ctus est à Parentibus, non indiget sanctificatore Christo,  
eiusq[ue] Sacramentis. Sed neque propter peccatum Originis,

B ij y neque

neque propter peccata actualia sancti sumus, ut tu ganiis.  
Nam etsi peccatum Originis proprie non nostrum fuit, sed  
primorum Parentum, qui in perfecta innocentia a Deo crea-  
ti sunt; tamen nos ipsorum soboles in corruptione naturae hu-  
manae nascimur et peccata propria facimus; longe graviora,  
quam est illa inclinatio ad peccandum nobis innata, Ratio est:  
quia ex proposito peccamus, sponte et volentes Deum con-  
temnimus, peccamus contra conscientiam scientes, proximo  
sumus standalo, ideoque Christum pro nobis mori oportuit et  
Baptismum instituere, ut credentes rediremus in vitam, et  
gratiam peccatis amissam. Vides igitur, diversa quidem ob-  
iecta peccatorum esse, quantum ad primos Parentes et nos; et  
tamen intelligis ex circumstantijs suis aestimata peccata pro-  
pria nostra aeternam damnationem incurrere aequa ac primo-  
rum Parentum nostrorum. Quero enim: Utrum peccatum  
maius sit? Morsus ne et iesus Adami de fructu arboris. An  
vero adulterium, homicidium, falsum juramentum, et his  
similia, in quibus proprijs peccatis Infans concipitur et nasci-  
tur propagine quadam inevitabili; et si primorum Parentum  
peccatum proprie non suum peccatum est, et peccata Actua-  
lia nondum commisit, tamen in corruptione naturae genitus,  
ut dixi, et educatus postea peccata facit propria. Et reatus  
per se est res coram Deo damnabilis? Ideo miser et damna-  
dus nascitur in lucem omnis Infans, morti et damnationi iam  
in utero adiudicatus propter contagionem et fructus peccati  
Originalis, mali profecto non ita extenuandi, ut tu facis, ut  
pote Diabolicæ prorsus lepræ et maculæ spiritualis, et car-  
ceris

ceris infernalis Eph: v. Psal: Lxvij. Omnimodo enim, ut  
lupo tam nato ex oculis spirat rapacitas, quam postea ipso ope-  
re perficit, ita Infantum nato peccatum, quod secum ex U-  
tero affert, ex oculis, tanquam e fenestra elucet, quod. Vix  
remotus ab umeribus maternis ipso opere facit testatum, vt  
supra quoq; scripsi.

Est enim culpa Eve causa mali scelerumq; mare, vt  
Poëta Christianus recte appellat, quæ sicut velut fonte ali-  
quo & subinde crescit velut amne novo, & peccatum peccata  
trahit & exfuscat tanquam vomes & flamma ignem, vt  
Anshelmus de Originali & Actualibus peccatis nimis veré<sup>1</sup>  
loquitur. Ideo beneficio Baptismi opus habent Infantes, vt  
mundentur lavacro aquæ per Verbum (quomodo Naëman à  
corporali lepra Iordanis aqua mundatus scribitur ij. Reg: v.  
Et Cyrus detenta mancipia ex carcere Babylonicō liberavit  
ac dimisit, secundum prædictionem Zachariæ) & transeant  
de morte in vitam, erepti ex regno Diaboli, in quo captivi  
detineantur, idq; propter Christi crucifixi redemptionē ac boni-  
tatem & effugiant condemnationem æternam, de qua Exor-  
cismus testatur. Profectò enim non tam leve iudicium Dei est  
adversus peccatum, vt tu tibi somnias; qui ideo sanctum in  
Utero factum esse sua viter pronuncias scilicet hominibus, qui  
peccata sua eorumq; magnitudinem folijs ficuum alias libenter  
tegunt & abscondunt. Sed an ita possint, satis patet exemplo  
Adami & Eve. Tu certe, quamvis regeneratus, tamen  
revera sanctus non es, nisi ex gratia ablutus Saugume Ihesu  
Christi crucifixi tum imputative sanctus es propter sanctita-

B. iij. tem

tem Filij Dei & iustitiam ipsius tibi imputatam: quam tamen sanctitatem tuam ita polluis adhuc singulis pene momentis peccando, ut omnis sanctitas tua, ceterorumque omnium hominum, quamvis renatorum sit frustraneus cultus, ut potes similis panno menstruato, Isa: lxij. digna certe sanctitas, quae te deplorando ipsum irrideas, ut verè de hac re scribit Roterodamus quoque in Enchiridio Militis Christi. Et tamen factum in utero sanctum esse propter sanctos ipsius Parentes adhuc clamas? cum, ut intellexisti, tam egregia sit sanctitas & iustitia parentum, qui fædus Gratiae in Baptismo cum DEO mitum omnibus modis peccando quotidie contaminant & prophanant, propter quod tamen sanctos & DEO charos Infantes ipsorum esse, aies; cum certe ipsa experientia conscientiae in te; me & omnibus hominibus diversum testatur. Negare autem experientiam Sophisticum est. Cum igitur tu iam regeneratus, conversus & iustus vix conservaris, quid de Infante nondum regenerato nec abluto sanguine Christi sentiendum sit, facile est existimare.

Refert Iohannes Langius, Medicus Dn: Philippi Melanthonis præstantiss: ex Aristotele, Plinio & Lucretio; quemadmodum Magnes lapis suam virtutem per acus ordine cohærentes in quartam & ultra diffundit; sic natura Animam Informativam, ut appellant, de semine in semen diffundit. Hinc fit, ut avorum notæ in nepotibus crebro conspiciantur, etiam post plures affinitatis gradus. Si hoc fit in externis, quomodo non etiam magis in internis quoque fieri credendum sit? cum certe nascamur ex semine primorum Parentum,

rentum, non ut ante lapsum fuere innocentes, nec ut post lapsum propter fidem in futurum Semen benedictum innocentes pro se & sua persona habiti sunt; Scd ut corruptum in lapsu ipsorum Semen fuit cum viciatis Animæ viribus, exinde, inquam, nascamur Omnes, in Peccato & Morte scilicet, ut peccati pæna, quam in non baptissatis sequitur Infernus & gehenna, secundum illud: *Qui non crediderit & baptizatus fuerit, damnabitur.* Ideo primitiva Ecclesia Baptismum parvorum in usu habuit, ut testatur etiam Augustinus lib: iij. contra Donatistas. Nam ut doctus ille lingua patria scribit.

Wir werden nicht durch die Eltern GÖT in seinen Gnadenbund eingelebet / Sondern durch die Tauffe. Denn der alte Adams staſſi/ dauon wir in böſen ſündlichen Samen vnd eitel ſündigs Fleisch vnd Blut entsproffen/ ist von Natur keine heilige Wurtzel/ noch Staſſi / Darumb wachsen auch keine heilige Zweige zum Erbtheil Gottes draus/ sondern nur dürre unfruchtbar Gewerholtz in die Nelle/ etc.

Nam quod parentes nostri regenerati & in fadus gratiae per Baptismum a DEO recepti, & arbori vitæ Christo rursus insiti sunt; id ipsorum proprium ac peculiare est, non noctrum ſive infantum ipsorum, qui & ipſi in lucem editi, ſimiliter ordinariē per Spiritum sanctum & Baptisma regeneretur oportet, quifq; pro se & sua persona, ſi ut polluta maſſa, vel ut ille loquitur, **Als wilde vnd ungeschlachte Reifer vnd Preßſer/ ſo que ſtudlichen Samen unſpreffen/ ſancti & Deo accepti eſſe velimus ut filii Dei,** C. quomodo

quomodo quisq; pro se credat oportet, si velit saluus fieri. Hac certe sunt perspicua & plana. Imputari autem imputatam ex Gratia Christi iusticiam parentum Infantibus ipsorum, ut propter eam Infantes ipsi quoque sancti sunt in utero adhuc, quis unquam docuit ita esse hereditariam? Non negatur quidem: In genere verum esse; Quod omnes homines in Fide pertineant ad benedictionem Seminis Abrahæ; Ut tamen interim sciamus: Quemadmodum spirituale semen Abrahæ non pendet ab Abrahæ iustitia & circumcisione; sed quod posteri ipsi quoque pro se crediderunt Deo, quomodo Abraham cre-didit, ut reputarentur iusti, & adhibito signo Circumcisionis Deus Abraham esset ipsorum quoque Deus Gen: xvij. Ita iusticiam & sanctitatem Christiani seminis non pendere a pa-rentibus, ut illi quidem pro sua persona iusti & sancti sunt, sed quia Infantes cum signo fidei iusticiam fidei habent in Ba-ptismate, quisq; pro se, idq; a capite Christo, qui solus dat fi-dem, & est iusticia & sanctificatio nostra. Exnudo autem signo accepti Baptismatis Parentum Infantes sanctos pronun-ciare qui possumus? cum Baptismus per se non sit iusticia & sanctitas, ut nec circumcision Carnis fuit deletio peccati origi-nalis & iusticia. Et, quia magna, immo max: pars parentum inane tantum signum Baptismatis ferat sine re, id est, iusti-cia fidei, ut sanctæ virgines sine oleo speciosi hypocritæ, no-mine Christiani, non re ipsa, sed titulotenus. Omnino enim, quemadmodum mulieres non salvantur ex nudo opere propter filiorum generationem, nisi manserint (intellige mulieres, se-cundum quem annotant, Hebraicum) in Fide &c. sic in-fantes

fantes non salvantur propter nudum signum fidei Baptismum,  
sive Parentum, sive suum, nisi in fide & dilectione & san-  
ctificatione per Baptismum accepta quotidie crescant. Nulli  
enim prodest quicquam, quod Christus nostro commodo fecit,  
nisi commodum istud (Mortis & Resurrectionis puto) ad ips-  
sum redeat per verbum Baptismatis, ex cuius virtute, quam  
ex verbo (in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti) habet,  
nobis tum demum arrogemus licet, quicquid Christus nostra  
causa fecit, illigat accidit, quemadmodum Paulus Coloss: ij.  
ubi Baptismum prædicat, exponit.

Loquor autem de Infantibus in lucem editis. De mortuis  
ante acceptum Baptismum, ut de quibus in Scriptura sacra  
nihil est reuelatum, non facile iudicat Ecclesia; Sed DEI  
misericordiae relinquit & factis eius extra ordinarys, ut Au-  
gustinus & Beda quoque pro sua modestia faciunt, quemad-  
modum est videre in libris de Ciuitate Dei & in Enchiridio ad  
Laurentium. Alio nlla est hic libertas, quam tu tibi fingis.  
Lege Melanthonis & aliorum scripta attentius, & videbis,  
a nullo libertatem in Baptismate asseri; Sed hoc duci. Esse  
dulcissimum libertatis gustum aceto perfundere, quomodo de  
Lysandro olim civitates Graeciae dixerunt) cum quis ansam  
& occasionem dat ad istiusmodi libertatem aucupandam.

Liberi sumus à Lege Mosaica, à Baptismo liberi non  
sumus. Christus omnes (Parvulos & adultos) iussit ba-  
ptissari, & liberum non reliquit, relicturus certe, si sine Sa-  
cramentis iustificari possemus, extra casum Necessitatis. Iam  
cum Prophetæ passim conqueruntur, circumcisos nihil omni-

Cij nus



nus habere cor in circumcisum adhuc, hoc est, carens spiritu-  
ali circumcisione, quomodo etiam cor seminis ita incircuncis-  
sum esse conquiruntur; unde igitur ista nobis Seraphica san-  
ctitas, quia non solum nos adeo sanctos esse, sed & Semen nos  
sanctum, Deo acceptum & Filium Dei etiam nondum natum  
& regeneratum, a nostra sanctitate scilicet progenerare di-  
camus? Quis mundum procreare potest immundus ipse ad-  
huc? O quantam sanctitatis opinionem sibi arrogant sanctuli  
illi, pene ut Papistae, qui etiam alijs suam sanctitatem &  
iusticiam communicare possint; cum tamen revera vita infan-  
tum ipsissimum peccatum sit & Mors res abominabiles Deo,  
contra quas parens sua imputata sanctitate, iusticia & fide ni-  
hil potest, ut creatura impura adhuc, & vix per se accepta  
Deo per & propter Christum, in quo solo iustus & sanctus fit  
Infans quoque, sanctitate & fide propria sua, iusticia sibi  
quoque ut Parentib. imputata, quod saepè dixi.

Intelligis igitur propter Parentum Christianorum sancti-  
tatem & iusticiam fide in Mediatorem Christum per Sacra-  
menta acquisitam, Infantes in utero sanctos non esse, nec  
Christianos nasci, et si ex Christianis Parentibus prognati  
sint, Sed Christianos fieri tum demum, cum Christianorum  
cætui per Spiritum sanctum verbo & Sacramento Baptisma-  
tis inferuntur. Omnino enim hic quoq[ue] locum habet illud. Mali  
corvi malum o[rum]vum. Dictum Apostoli interpretaris pror-  
sus contra mentem Pauli, id quod alij demonstrant. Quod  
præterea ait tu & obijcis: Christus iussit nos baptissari; ad-  
hibere

libere Exorcismum &c. non iussit. Huic obiectioni dabimus  
alio tempore diem suum; re ita requirente & DEO volente.  
Iam intelligo quidem, quid tua Cancellaria nobis dicitet. Ve-  
rum quis Exorcismum ita in necessarijs ponit, ut tu cum tuis  
objcis? Quis docet? Exorcismum tam necessarium esse,  
quam Baptismum? Sed de hac obiectione agemus alio tempo-  
re, si videbitur, fusius.

Quod mihi illudis & ait tu: Me, vt hircum, barbae  
fiduciæ gregem caprarum velle antecedere, intelligo quid  
velis. Sed fortasse ignoras, quod Florentinus in Græcorum  
Geponicis scribit; nempe, illum eundem hircum non fugere  
barba quamvis detonsa. At tu vide, ne cum fæminis, quæ  
suum corpus in vulgant & pudicitiam prostituunt, hirci ap-  
pellatione potius deformandus sis (Nostri enim, vt puto,  
quid Cælius de hac re scribat) ita in sacris literis ambitione,  
vt multi, versaris: non ut scientiam è libris petitam exprimas.

Parco iam tibi propter ætatem satis gravem, vt te non  
nomine! Sed si redibis cum tua stupidâ sapientia Theologica,  
profecto non sic abibis. In e dendis his prima mihi cura fuit,  
vt omnibus esse debet, studiosorum hominum utilitas, quo  
meum, qualecunq; est, dirigitur studium. Ambitionem enim  
cum illo plane habeo in extremis. Videris tu mihi Sargus pi-  
scis, qui in Brundosino visitur aequore, & omnium fertur  
esse superbissimus, & caprarum mirus amasius etc. Sed  
vide, ne, comesta conyzaberba extinguaris. Periculosem  
enim esum illius herbæ testatur Didymus.

C. ij Tantum

Tantum iam respondere volui, quantum quidem per  
adversam valetudinem potui, non quod tibi Seni insitam opi-  
nionem speravi me posse evellere. Et sunt omnino quædam  
res, quas ubi sensu & iudicio ipsi non percipimus atque asse-  
quimur nulla satis oratio aut scriptio probabit, ut cum Anao-  
xagora nivem atram iudicante, frustra de albedine disputa-  
res. Et quæ recte quis non intelligit, is ut recte iudicet,  
sperare non licet. **D**EVM oro, ut propter opinionum dissen-  
siones amemus nihilominus inter nos, ut boni viri so-  
lent, & si quid fortasse de iudicio, nihil tamen  
de benevolentia detrahatur.

## FINIS.



Post

per  
opia  
lam  
ffeo  
niao  
taa  
et,  
en.

POST PRIORA SCRIPTA.  
**EX QVODAM LIBRO**

edito Anno Christi XL. hæc adjcere, & Autoris verbis  
referre placuit. De Dicto: Lasset die Kindlein  
zu mir kommen, und wehret ihnen nicht,

Denn solcher ist das Reich  
Gottes.



Geser Spruch hat nicht ei-  
gentlich deine meinung / Sondern  
der Hl. Christus zeigt alleine da-  
mit an/das die Kindlein nicht aus der  
zahl der Menschen sein/welche jifiers  
dar fleischlich sein vnd bleiben/ vnd  
deshalben in das Reich Gottes nicht gehören/ Als  
die noch immer dar aus der ersten Geburt von Adam  
vnd Eva her/vnd nicht wahrhaftig new geboren sein.  
Dagegen aber seind die Kinderlein durch eine neue  
Geburt im Geist wiedergeboren/ vnd haben die alte  
Vorhaut setzo newlich abgelegt/ leben in Unschuld/  
bleiben auch in solcher Kindlichen Unschuld/ Seind  
reicher im Geist vnd Seliger/ das vmb solcher newen  
Geistlichen Geburt wollen sie die Kinder/ als Klein vnd  
demüttig in Christo/ des Himmelreichs Erben sein.

Daher spricht auch Christus Matth. am 18. Cap.  
Wahrlich ich sage euch/ Es sey denn/ das jr vmbkeret  
vnd werdet wie die Kinder. so kündt jr nicht ins Himm-  
melreich kommen. Wer nun sich selbst niedriget/wie diese  
Kind/der ist der grösste im Himmelreich. Und am 19.  
Capitel spricht er/ Das Himmelreich seie derer/ die  
C iij gleich

gleich seind den Kindern/vnd solche seien wie die Kinder/  
Sancte simplices & innocentes scilicet. Item/Matth  
am 10. vnd Luce 18. Capit. wird dergleichen gesagt/  
Wer das Reich Gottes nicht empfahet/als ein Kind/  
der wird nicht hinein kommen.

Mit diesen Sprüchen wird vom **W E R K N**  
**Cristo** nur der alte vnd neue Mensch/ vnd die alte  
vnd neue Geburt gegen einander gehalten vnd unterscheidet. Es wird von keiner *prærogativa Sanctitatis Inf*  
*fantum in utero gesaget/Sondern wie verstanden/* Es  
wird nur vnd alleine das gesagt/ wie unsere ware Ge-  
burt nicht nach dem Fleische oder aus dem willen  
des Fleisches/sondern aus dem Geist sein müsse/ der  
gestalt wie der Kinder neue Geburt vnd neue Crea-  
tur ist in Cristo Klein vnd demütig/als jimmerdar von  
Gott geboren/ wie die Kinder in ihrer neuen Geisti-  
chen Geburt/auff das uns die erste Geburt von Adam  
vnd Eva her des Reichs der Himmel nicht entneme/  
welchs die Kinder im Geist widergeboren durch Je-  
sus Christū unschuldig geachtet würdig sein. Sonst  
seind sie noch so wol als die Alten unglaublich/ Kinder  
des Zorns von Natur vnd verdampt so wol als die al-  
ten/ von einem Fleische ins ander gebracht/ vnd also  
fort gepflanztet vnd auffgeerbet/ Und gilt in Cristo  
Ihesu weder Beschneidung noch Vorhant etwas/  
sondern eine neue Creatur/ durch die Geistliche Wi-  
dergeburt/als aus GOTTE Göttlich/ vnd also Erben  
Gottes Reichs/ wie die getauften Kinder eine solche  
rechte Geistliche heilige Geburt sein/ Erben Gottes/  
vnd Christi Miterben.

Darumb heist uns der **W E R K C D** Christus so  
offte den Kindern gleich werden/ auff das wir Alten  
auch

such Kinder Gottes sein/ vnd was Gottes ist im De-  
meltreich ererben. Denn wir müssen jimmer dor wie die  
Kinder durch den Geist Gottes geheiligt vnd heilig  
geboren werden/ sonst können wir das Reich Gottes  
nicht ererben. Joha. 3. Also nun verstehestu/wie es  
gerebt sey/ Der Kindlein ist das Reich Gottes.

## Von bezeichnung mit dem H. Cretze in der Tauffe/ folget im selben Autore von wert zu Worte also.

**A**ber HENR Christus Johan am 9. Capitel/  
den gebornen Blinden wolte sehend machen/  
hat er ihn mit dem Rot des Speichels seines  
heilsamen vnd lebendigmachenden fleisches bezeich-  
net/ vnd die Augen damit überstrichen/ darauff hat er  
ihn hessen zu dem Wasser Siloa geben/ das er sich  
draus wüsse/ vnd sehend würde. Also wenn wir die  
umbstehenden CRETZEN mit einem ernst vnd fleisse  
bey der Tauffe von der Widergeburth des neuen Men-  
schen leren wollen/bezeichnen wir die noch ungetauft  
ten Kindlein zuvor mit dem H. Cretze/ damit anzus-  
eigen vnd zu lernen das Blot des Cretzes CHRISTI/  
durch welches er uns Gott versünet vnd befriedet/ vnd  
die Wandschrift/ damit wir dem Teufel verpflichtet  
waren/hinweg gethan/ans Cretz gehestet vnd aus-  
getilget hat durch sein Blutvergessen vnd Todt am  
Cretze. Vff diesen anfang des Glaubens bereiten  
wir den Teufslng vollendi zur Gerechtigkeit Gottes/  
durch das Bad der Widergeburth vnd ernewerung  
des H. Geistes/ Und schicken ihn zum Brunnen des  
Lebens/das er mit dem Dimischen Wasser begossen

**O** abwassche

schwassche die Ungerechtigkeit/ auf das sate dieselbe  
nichtzur ewigen Verdammis gerechte/ Welches Was-  
serbad wir zum bessern verstande zunor fargebildet  
haben mit der bezeichnung des Crentzes oder Blutes  
Christi am Crentze vergossen/ dadurch das Kind der  
Widergeburt eines neuen Menschen teilhaftig wer-  
de/ Wie auch der **D E R R** Christus mit dem Spei-  
chel seines Fleisches vnd sendung zum Wasser Silos  
ein solch leren vnd Furbilden gehabt hat/ Nemlich/  
das man dar durch verstehen vnd erkennen sollte die  
Himlischen Wasser/ damit wir in vnser Himlischen  
Geburt erzeuget/begossen vnd abgewaschen werden/  
wenn rns in Stünden todes Fleisch mit dem lebens-  
dig machenden Geiste Gottes vberschüttet/ vnd auch  
damit gesalbet vnd ernewert wird durch solchen hei-  
ligen Fluss im namen Jesu Christi des gecreuzigten.  
Dartamb bezeichnet man auch die Kinder mit dem  
**D. Crentze**/ weil zumal solch Himlisch Geistlich was-  
ser/welches die neue Geburt/oder das getaupte Kind  
im Geiste trincket/ der gecreuzigte Christus selbst ist/  
vnd sich der neue Christ noch sein lebenlang damit zu-  
wasschen hat/ auf das er jme ein Brun des Wassers  
werde/ welches in das ewige Leben quelle/ dessen er  
sich alles hernach erinnert aus dem gebör des Worts  
Gottes/anschawung vnd betrachtung des Crentzes/  
Marter/ Leiden vnd Sterbens Christi am Crentze/  
ghoff das er seine neue Geburt in seinem Gemüte dar-  
durch ernewere zur Gerechtigkeit vnd Weßigkeit.  
*Hactenus ille de agitata superioribus etiam temporibus con-  
troversia hac.*

Ob man:

# Ob man aus dem Samen der Eltern

Heilig geboren werden/ex eodem  
Autore.

**D**er Same/dadurch die Geburt des Kindleins  
heilig wird/ist die Gnade vnd der Geist Christi  
in seinem Worte vnd eusserlichen Mitteln der  
heiligen Sacrament/ diese seind des Kindleins heili-  
ges Herz vnd Fleisch/ darunter es getragen vnd er-  
zeuget wird/vnd wechs durch einweihung des Her-  
ten Christi zu einem heiligen Tempel/ wenn es nun  
abgewaschen wird in dem Wasser zur Widergeburt/  
vnd in die heilige Gemeine Gottes eingeleibet wird/  
vnd durch Christum heilig vnd gerecht gemacht wird  
gereinigt mit der heiligen Tauffe durchs Wort Gottes/  
vnd besprengt mit dem Blute Christi. Als denn  
allererst seind wir Gott versünkt/ heilig vnd angemeine  
Kinder Gottes/ etc. wenn wir seind abgewaschen/  
geheiligt vnd gereinigt zur Gerechtigkeit im Namen  
des LERN JESU/vnd in dem Geist unsers Gottes.  
Dena der Same des fleischlichen Vaters vnd Mut-  
ters hat uns zu seinen heiligen Gliedern der Christli-  
chen Gemeine gezeuget/ sonder in der H. Geist durchs  
Wort Gottes/nach dem wir neue Christliche Kinder  
in dem eingeweide Jesu Christi erzeugt wordē durch  
die Tauffe/Dasselbe ist unsrer heiliger Vater vnd Muts-  
ter/durch welche wir heilig geborn werden/ einerweit  
zu dem Ebenbilde des / der uns erschaffen hat/ vnd  
solches alles durch Christum/ welchen wir sampt uns-  
fern heiligen Tauffemblein anziehen/ als nun hei-  
lige Kinder Gottes vnd Miterben Christi.

D iii. Aus

QK XG 1262

Aus solchtem Samen han vnd von diesen Eltern  
müssen wir geboren sein/ vnd was in Sündlichem  
Fleische (darinnen wir vom Samen der Eltern gebos-  
ren werden) noch hinderstellig ist/ nach dem  
willen Gottes richten/vnd darnach  
leben zur ewigen Se-  
ligkeit.

## AVGVSTINVS.

*Non quis dicat, sed quid datur spectandum est.*

E N D E.

Zu Frankfurdt am Main/  
Vorlegis Paul Brachfeldt.

RE TE RE

X 2206865



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-298233-p0032-2

DFG

# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

